



ACCADEMIA NAZIONALE VIRGILIANA
DI SCIENZE LETTERE E ARTI

ARCHIVIO STORICO DELLA VECCHIA ACCADEMIA

Parte II

DISSERTAZIONI ACCADEMICHE

IGIENE E CHIRURGIA

Busta 54/52

Causarum præcipuarum, cui plurima pars hominum adhuc in infantia moriatur, et remediorum simplicissimorum ac efficacissimorum infantum vitam conservandi, in relatione de 18. Februarii 1772. Francofurtensi ab inclita Acad. Mantuanensi, propositæ quæstionis resolutio.

- S. 1. Hæc omnia perfecte ac accurate determinare, necesse profecto esset, divinam inspicere providentiam, et si quis abs hoc, quæstioni huic veritates metaphysicas respondendo opponere auderet, is profecto puniendas manus in alienas et supernaturales res immisisset ^{jure} accusandus foret.
- S. 2. Multa et genuina magis habemus, quorum Analijis usque huc nec candidis veritatum columnis fulciri, multo minus phisice, nec Chymice quidquam de hac authentice concludi potest: nam quoties Mercurius Chymice quæstionibus, maximo ut dicam gratu, tortus est, quin perstinax naturam atque virtutes suas liberet?
- S. 3. Hinc nil, nisi quod sana ratio concedit, responsurus, cætera vero creatori, ne rebus alienis manus injiciam, relinquo.
- S. 4. Genius non omnibus idem est. Scimus enim, Cholericos, melancholicos, sanguineos et phlegmaticos, et horum quemlibet a natura aliter corporatum esse: Temperamenta seu animi affectiones igitur consensus vinculo non connectuntur, imo multo magis cum parometro intima propinquitate junctæ videntur; siquidem illæ, non solum vicissitudinibus anni solutis, sed adeo quotidiana tempestatis variatione mutantur.
- S. 5. Cum nunc naturæ tam diversæ, et animi præemata tam mutabilia sunt, quævis quoque creatura passionibus suis præcipuis subjecta est, omnium enim hoc patitur manes; attamen vero tam ridiculum quam importunum esset, ex hoc fonte prædestinationem admittere: si quidem prædestinationis sectatores quæstionem hanc, æque ac Dialectici Silogismos altioris indaginis materialiter et formaliter distinguendo, solvere possent: et dicere, omnes hos mortali imaturæ prædestinatos esse.
- S. 6. Cum jam, ut spero, secundum varias animi affectiones matrimonii fructus corporari, adeoque alterum alteri saniorum esse, nemo dubitabit, hinc multa desuper documenta adducere superfluum esse experientia quotidiana satis affirmat. Verum si quis amaret credere, naturam sub conceptione a planetis formari, nihil tamen minus non negatur, naturas, ut dixi, diversas esse, opinione autem mea propius fidem est, diversas animi affectiones in coitu sub conceptione operari.
- S. 7. Quomodo enim embryones futuri variis modis corporari non contradicendum est, nemo quoque infitiabitur, errores conceptionem ingredi, qui sapius foetum ex pallecere faciunt, vel etiamsi talis foetus in lucem partu prædeat, tamen corpus, illiusque constitutio ita corrupta est, ut paucis annis fruatur.
- S. 8. Si fructum vitalem ferentem vis expectare, conceptio perfecta esse debet: ut autem perfecta fiat conceptio, semina pura, ac fecunda effundi ac retineri debent. Pura interpretatur Hippocrate, qua morbosa non sunt, nec sanguine ullo permixta. Et quasnam ex arefacto vel in macerantem agrum semine lato plantas tibi popes promittere? quod tantum, ut citius pereat, germinavit.
- S. 9. Quanquam vero conceptio perfecta fuit, imperfectus tamen ac morbosus foetus matricem exire potest: quod scilicet ortum ab hoc trahit, foemina si durante gestationis tempore in morbum incidat, sed non istos prægnantibus proprios seu epidemicos vulgo morbos intelligo.
- S. 10. Ab Evandri matre certum ac demonstratum fuit, foetum in utero sanguine nutriri,

Itaque Sanguis, nutrimentum nempe si morbosum, manifestum est, foetum multo minus sanum fieri, imo potius conditionem nutrimenti admittere et sequi.

S.ii. Accedunt adhuc, a Venereis equitibus nati: nonne enim ab his, proles, partim membridis, torvis, partim aliis laborantes vitis, comiseratione dignas, debili corporis constitutione creaturas, malis insanabilibus oneratas procreati videmus? Atque etiam qui impotentes coeundi fuerunt, et arte aliquo modo, potentes facti, liberos atatem non ferentes gignant; quoniam principium artificiale fuit: et quis crederet, plantam arte dolosa elicitam, minimo tamen aëris afflatu flavescituram ac omnino perituram, voluntaria natura procreata similem existere?

S.ii. Tandem si nata proles adhuc lactans, et quamvis absq[ue] omni vitio nata sit, tamen, cum matri seu nutrici accidat aliquid importuni, Sanguis cum lacte inficitur, adeoque illi malum, lac sugendo, communicatur, et morbosa fit, et si communicatum malum non tam efficace esset, ut mortem causare posset, profecto, nisi malum avertatur, semet ipsum multiplicat: hinc optime dicitur: principis obsta: sero medicina paratur, cum mola per longas invaluerit moras: vel saepius incongruis vel imperite applicatis medicamentis in interitum patientis promoveretur; unde comune illud proverbium: nil enim est quod non laedere possit idem. Cujus nempe rei Authores sunt, vetulae, oboltrices, unguentarii, circulatores, lictores, fabii equarii et plures hujusmodi nebulones, & qui, cum quoddam recipe in libro risu digno de arte obstetricandi, mente caeca inveniunt, quia ipsis medicamento vires virtutesq[ue], nec minus morbi causa et natura innotescant, nullo alio fundamento, nisi quod probatum est, subscriptum sit, absq[ue] omni dubio adhibent.

S.ii. Quod vero in nutricibus multum sit, ut lactantes sani conserventur, tristis proli dolor experientia illeratis vicibus docuit, saepiusq[ue] lascivas cum sibi mot ipsis, causis non diu morbos absconditos contraxerint, infantia balbutienti communicasse, ostendebat: adhuc infantes irata cum nutricis ubera suxerint, brevi, imo trium dierum spatio expalluisse, nostrae, nec dubito, remotissimae regiones expertae sunt. Et Inus *De* a Lindern editione quarta speculi Venereis, practicis suis observationibus annotat, impuriis nutricibus vel gerulis, seu utcuq[ue] vocentur, infantes morbis Venereis infectos esse. Cum autem Gerulae seu nutrices pustulas Venereas erumpentes laepe, partim papulas, partem Variolas, culpam ut abscondent suam, nominare solent; hinc omnino nihil, aut unguenta, a venae, et quae plura hujusmodi stercoreis sunt, medela loco adhibentur.

S.ii. An vero magia infantibus quidquam accidere possit, ut V. G. Liberi Supercitorio nomine vocantur, transeo. Sed tamen si mihi dicere fas sit, quid germane sentiam, tale nomen, vel quodcuq[ue] solidum sit, larvam vitiosarum ac corruptorum partium esse pronuntio.

S.ii. Nigritur omnia huc spectantia tantum paucis indicaturus essem, profecto potius imensum mare verborum, quam responsum breve afferrem; ideo, multa ut laeam, tantum adhuc, quod, quia in morbis infantum raro admodum approbatus ac ordinarius credidus adhibetur, malum non avertatur, et nisi adeo absq[ue] auxilio relinquantur, circulatori, seu clandestino credidus committantur, et variam vel indigestam educationem, animadvertam. Quoniam vero hujus diversi modi, partim nimis prolixi, partim divulgati sunt; hinc pariter diversos modos annotare superfluum esse existimo, adeoq[ue] tantum dico, indigestam educationem: cujus in fidem experientiam, testem locupletem voco: maximam ferme partem ante statutum tempus regulare.

S.ii. Sed dicit quis, omnia usq[ue] huc recensita, rara tantum accidentia esse, adeoq[ue] maximam non adaequare partem, decrepitum proverbium, nitimur in vetitum, semper currimus, negata; antithesin affirmatam oppono; et adhuc mortalium naturas de loculo in seculum

Debilitari notum est. Cum itaq; ex peditio et itteratio omnium ante recensitionem veritate
 munita sit; has causas precipuos esse, cui plissima pars hominum adhuc in infantia moriatur, me
 cui vivere nemo interpretabit.
 Si 7. Ad remedia vero, infantium vitam conservandi, quae attinet, universale seu psychicestum vulgo
 nunciamentum, nemo erit, qui possit cavere, sed tantum et summatione educationis severitatem,
 et ad vitam protrahendam, de educatione infantium, ego ac de vita longeva unigis largite
 veritas disertationes conseruandas esse quilibet commendabit. Ceteroquin vero morbos for-
 tuitos et incertos pathologicos legibus praxis clinice saluaria inquirat, et pro diversitate
 cause latentis, et hinc agnoscat, morbos tollit.
 Vita autem nobis auentata non remota est.

Perit vobis inclito ac expertissimo
Collegio facultatis Medicae Martini
"nensi et etc

M. J. Santua

proh dolor
sio non dicend
debat: ad
io capall.